Sigismundus dei gratia Rex Polonie Supremus Dux Lituanie Russie Prussie Masovie etc. dominus et heres. Significamus tenore presentium universis
presentibus et futuris. Quum mortuus esset non ita pridem Nobilis Albertus Strzalkowsky civis noster Vielunen, qui quartam partem Advocatie in predicto oppido nostro Vielunen iure advitalitatis sue
ad mortem usque suam possidebat. Cives ipsi nostri Vielunen eandem quartam partem Advocatie de manibus liberorum heredum ac successorum eius videlicet Joannis Alberti Potencie Zophie ac Regine, et de mani-
bus tutorum predictorum liberorum Mathie Zedla et Jacobi Kierzek civium Vielunensium, vigore consensus nostri in summa pecuniarum in dicta quarta sorte advocatie inscripta redemerunt, et eandem quartam
partem ad reliquas tres partes per eos possessas aggregarunt, Supplicarunt nobis ut hanc predicte quarte sortis advocatie redemptionem modo premisso factam approbare et ratificare dignaremur Nos itaque
eorum precibus annuentes, de certa scientia ac voluntate Serenissime coniugis nostre Domine Regine Bone Tenutricis capitaneatus nostri Vielunen, huiusmodi quarte partis Advocatie redemptionem, illiusque
ad reliquas tres sortes aggregationem modo premisso factam approbamus ratificamus et reunimus, et usibus civitatis predicte applicamus, per ipsos cives nostros Vielunen dictam quartam partem Advocatie vel potius
totam iam ac integram advocatiam sicut premissum est reunitam et recollectam, cum omni iure dominio et proprietate, ac cum omnibus agris, pratis, campis, terris, fructibus, censibus, redditibus et obventionibus universis
cum potestate functionis advocatialis tenendum habendum utifruendum pacificeque et quiete possidendum. Juribus tamen nostris salvis semper remanentibus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est ap-

22. II. 1545



Sigismundus dei gratia Rex Polonie supremus Dux Lituanie Russie Prussie Masovie etc dominus et heres Significamus tenore presentium universis presentibus et futuris. Quum mortuus esset non ita pridem Nobilis Albertus Strzalkowsky civis noster Vielunen, qui quartam partem Advocatie in predicto oppido nostro Vielunen iure advocatalitatis sue ad mortem usque suam possidebat. Cives ipsi nostri Vielunen eandem quartam partem Advocatie de manibus liberorum heredum ac successorum eius videlicet Joannis Alberti Potencie Sophie ac Regine, et de manibus tutorum predictorum liberorum Mathie Cedla et Jacobi Kierzek civium Vielunensium, vigore consensus nostri in summa pecuniarum in dicta quarta sorte advocatie inscripta redemerunt, et eandem quartam partem ad reliquas tres partes per eos possessas aggregarunt, Supplicantes nobis. ut hanc predicte quarte sortis advocatie redemptionem modo premisso factam approbare et ratificare dignaremur Nos itaque eorum precibus annuentes, de certa scientia ac voluntate Serenissime coniugis nostre domine Regine Bone Tenutricis capitaneatus nostri Vielunen, huiusmodi quarte partis Advocatie redemptionem, illiusque ad reliquas tres sortes aggregationem modo premisso factam approbamus ratificamus et revnimus, et usibus civitatis predicte applicamus. per ipsos cives nostros Vielunen dictam quartam partem Advocatie vel potius totam iam ac integram advocatiam. sicut premissum est revnitam et recollectam, cum omni iure dominio et proprietate, ac cum omnibus agris, pratis, campis, terris, fructibus, censibus, redditibus et obventionibus universis cum potestate functionis advocatialis, tenendum habendum utifruendum pacificeque et quiete possidendum. Iuribus tamen nostris salvis semper remanentibus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Dat Cracovie Dominica carnisprivii anno domini Millesimo quingentesimo quadragesimo quinto Regni nostri anno trigesimo Nono

Samuel Eps Plocen

Vicecancellarius [illegible]



Relatio Reverendi in christo patris domini Samuelis Episcopi Plocen et Regni Polonie Vicecancellarii

Consensus Regalis super aduocatiam

1545

No 60

1902. a. 265.

Nro 20

